

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Homilia XVII. Thalami autem, sex cubitorum erant hinc & inde. Et mensus  
est portam à tecto thalami usque ad tectum ejus, latitudinem viginti  
quinque cubitorum, ostium contra ostium. Et fecit frontes ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

miraris nostræ mala pertulit, sua nobis potentia & claritatis bona monstravit. Caro enim factus est, ut nos spiritales faceret: benignè inclinatus est, ut levaret: exiit, ut introduceret: visibilis apparuit, ut invisibilia monstraret: flagella pertulit, ut sanaret: opprobria & irrisiones sustinuit, ut ab opprobrio externo liberaret: mortuus est, ut vivificaret. Agamus ergo gratias vivificanti & mortuo, & ideo amplius vivificanti, quia mortuo. Unde bene salutem nostram, & passionem illius Isaías contemplatus ait: *Vi faciat opus suum, alienum opus ejus: ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo.* Opus etenim Dei est animas quas creavit colligere, & ad æternæ lucis gaudia revocare. Flagellari autem atque spuriis illiniri, crucifigi, mori, atque sepeliri, non hoc in sua substantia opus Dei est, sed opus hominis peccatoris, qui haec omnia meruit. *1. Per. 2. d* per peccatum. Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Et qui in natura sua manet semper incomprehensibilis, in natura nostra comprehendi dignatus est, ac flagellari: quia nisi ea que erant infirmatissima nostra suscepseret, nunquam nos ad suæ fortitudinis potentiam sublevareret. Ut ergo faciat opus suum, alienum opus ejus: & ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo: quia incarnatus Deus ut nos ad suam justitiam colligeret, dignatus est pro nobis tanquam peccator homo vapulare. Et alienum opus fecit ut faceret proprium, quia per hoc quod in firmans mala nostra sustinuit, nos qui creatura illius sumus, ad fortitudinis sua gloriari perduxit: In qua vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

## HOMILIA XVII.

*Ezech. c. XL, v. 12.* Thalami autem, sex cubitorum erant hinc & inde. Et mensus est portam à teatro thalami usque ad teatum ejus, latitudinem viginti quinque cubitorum, ostium contra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frontem atrium portæ undique per circuitum. Et ante faciem porte que pertinebat usque ad faciem vestibuli porta interioris, quinquaginta cubitos. Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum que erant intra portam undique per circuitum. Similiter autem erant & in vestibulis fenestrae per gyrum inrufescens, & ante frontes pictura palmarum.

*Sup. ho. 14. G. 16.* Memoratis superius thalamis, Propheta subiungit, quia thalami sex cubitorum erant hinc & inde. Quia re magna nobis quæstio generatur, cur superius thalamum uno calamo mensuratum dixit, quem videlicet calamus sex cubitos & palmum habere perhibuit, atque inferius thalamos, sex longimodo dicit cubitis mensurari? Si enim non calamo, sed sex cubitis mensurantur, palmus deest, qui superius in mensura calami dicebatur adesse. Sed si thalami sunt sensus atque cogitationes fideliū, in quibus castæ animæ conditori suo in amore junguntur, & per sex cubitos perfecta operatio, per palmum vero inchoatio contemplationis exprimitur; sanctæ universalis Ecclesiæ debemus membra confpicere, & citius invenimus, quia sunt in ea thalami uno calamo, & sunt alij, sex tantummodo cubitis mensurati. Nam fideles quidam in illa omnipotentem Deum ita amant, ut & in opere perfecti sint, & in contemplatione suspensi. Hi profecti

S. Greg. Tom. I.

A calamu in mensura habent; quia & sex cubitos operationis, & palmum contemplationis possident. Quidam vero omnipotentem quidem Deum diligunt, & perfectè in bonis operibus exercentur; sed tamen contemplari ejus magnitudinem subtiliori intellectu nesciunt. Amant autem, sed investigare gaudia ejus claritatis ignorant. Hi itaque sex cubitos habent, & palmum non habent; quia ei jam per amorem juncti sunt, sed ex contemplatione disjuncti. Qui tamen thalami post commemorationem cubiti unius, hinc & inde esse referuntur: quia videlicet in amore auctoris ac redemptoris nostri fideles anima & ex Iudaico populo & ex Gentilitate converuntur. Unde & idem Redemptor noster cum asellum sedens, Hierusalem tenderet, sicut Evangelista testatur, multi vestimenta sua straverunt in via, alij autem frondes cædabant de arboribus, & sternabant in via; & qui praebant, & qui sequerantur, clamabant, dicentes: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini. Salvator enim noster asellum sedens, Hierusalem tendit, quando uniuscujusque fidelis anima, regens videlicet jumentum suum, ad pacis intimæ visionem ducit. Jumentum sedet etiam, quinam sanctæ Ecclesiæ universaliter præsidet, eamque in superna pacis desiderio accedit. Multi autem vestimenta sua in via sternunt; quia corpora sua per abstinentiam domant, ut ei iter ad mentem parent, vel exempla bona sequentibus præbeant. Alij autem ramos vel frondes de arboribus cædunt & sternunt in via; quia in doctrina veritatis, verba atque sententias patrum ex eorum eloquio decerpunt, & haec in via Dei ad auditoris animum venientis, humili prædicatione submittunt. Quod indigni quoque & nos modò facimus. Nam cum patrum sententias in sermone exhortationis assuumimus, frondes de arboribus cædimus, & has in via Dei omnipotentis sternimus. Sed qui praebant & qui sequerantur, clamabant: Hosanna. Præcessit quippe Iudaicus populus, secutus est Gentilis. Et quia omnes electi, sive qui in Iudea esse poterunt, sive qui nunc in Ecclesia existunt, in mediatorem Dei & hominum crediderunt & credunt, qui prægent, & qui sequuntur, Hosanna clamat. Hosanna autem Latinâ lingua, salvanos dicitur. Ab ipso enim salutem & priores quæfierunt, & præsentes querunt: & benedictum qui venit in nomine Domini confortant, quoniam una spes, una fides est præcedentium atque sequentium populum. Nam sicut illi expectata passione ac resurrectione ejus sanati sunt, ita nos præterita passione illius ac permanente in secula resurrectione salvamur. Quem enim priores nostri ex Iudaico populo crediderunt atque amaverunt venturum, *Aug. I. 10. Conf. c. 43.*

D E

hunc nos & venisse credimus & amamus, ejusque desiderio accendimur, ut eum facie ad faciem contemplemur. Thalami ergo ejus hinc & inde sunt; quia corda amantium fidem quæ in illo est, & à priori parte seculi, & ab ultima complectuntur. Sequitur: [Et mensus est portam à teatro thalami usque ad teatum ejus, latitudinem viginti & quinque cubitorum.] Sepe jam diximus, portam fidem, & per eandem fidem ipsum Dominum ac redemptorem nostrum, mediatorem Dei & hominum Jesum Christum posse signari: quia per fidem quæ in eo est, introitus ad vitam patet. Sed etiam scripturam sacram, quæ nobis eandem ipsam fidem in Redemptoris nostri intellectum aperit, non immerito portam accipimus; quia ea ut oportet cognita, ad intelligenda invisibilia intramus. Si igitur hoc in loco, ut prædiximus, porta scriptura accipitur, quærendum est quid per teatum thalami, quid per teatum porta signetur. Sed habet thalamus teatum; quia opera est mens amantium, & adhuc fervor amoris in occulto est. Haber quoque & porta teatum; quia scriptura tota quidem propter nos scripta est, sed non tota intelligitur à nobis. Multa quippe in illa ita aperi-

MMmm

scripta sunt, ut pascant parvulos; quædam vero  
obscuriорibus sententiis veluntur, ut exerceant for-  
tes, quatenus cum labore intellecta plus grata sint.  
Nonnulla autem ita in ea clausa sunt, ut dum eae  
non intelligimus, agnoscentes infirma nostra cœ-  
tatis, ad humilitatem magis, quam ad intelligentiam  
proficiamus. Sunt enim quædam quæ ita de  
cœlestibus loquuntur, ut solis illis superius civibus  
in patria sua persistentibus patent, neandumque no-  
bis peregrinantibus resercentur. Nam si quis ad ura-  
bem incognitam pergens, multa de illa in via au-  
diat, quædam quidem ex ratione colligit, quædam  
vero quia necum videt, nullo modo cognoscit  
ipsi vero cives qui in ea sunt, & quæ de illa tacen-  
tur vident, & quæ de illa dicuntur intelligent. Nos  
igitur in via adhuc fumus, multa de illa cœlesti pa-  
tria audimus, alia jam per spiritum & rationem in-  
telligimus, quædam vero non intellecta venera-  
mur. Unde & de eodem sacro eloquio scriptum est:  
*Extendens celum sicut pellem, qui regis in aquis  
superiora ejus. Celum quippe sicut pellis extendi-  
tur, quia per ora mortalium scriptura sacra nobis in  
expositionibus explicatur. Sed sunt aquæ in ca-  
elo, superiores videlicet multitudines, id est Ange-  
lorum agmina, in quibus ejusdem cœli teguntur  
superiora; quia ea quæ in facro eloquio altiora &  
obscuria sunt, angelicis columnmodo spiritibus pa-  
tent, & nobis adhuc incognita perdurant. Habet  
ergo thalamus tectum; quia nescit adhuc proximi-  
mus, quantum amatù a proximo. Porta quoque,  
id est, facrum eloquium habet tectum: quia nec-  
dum omnia penetrare intellectu possumus, quæ de  
cœlestibus audiimus. Restat ergo, ut in his quæ in-  
telligimus, in profectu quotidie charitatis ambule-  
mus. Et quanvis in nobis proximi quoque nostri  
non videant quantum diligantur a nobis, atque in  
facro eloquio ea quæ necum intelligimus, humili-  
ter veneremur: in his tamen, ad quæ intelligendo  
pervenimus, dilatari per bonam operationem debe-  
mus. Unde & dicitur: *Et mensis est portam à te-  
sto ihalami, usque ad tectum ejus, latitudinem virgini-  
i & quinque cubitorum.* Quinque enim carnis sen-  
sus prædicti sumus, videlicet visa, gustu, olfactu,  
auditu, atque tactu. Idem vero quinarius numerus  
per semetipsum multiplicatus, ad vigesimum &  
quintuplum numerum surgit. Operari autem exterius  
quidam de mandatis cœlestibus sine ipsis corporeis  
quinque sensibus non valemus. His quippe officiis  
is judex animus interius præsidet, & quid exte-  
rius agere justè vel misericorditer possit, quasi cil-  
lo officiis renunciantibus ac defervientibus agno-  
rit. Cum ergo timore omnipotens Dominus ani-  
mum impletur, necesse est ut quinque nostri sensus  
obis velut subiecta officia in bona operatione devi-  
antur. Per quos cum aliquid agere misericorditer  
experimus, plus se quotidie ipsa misericordia ape-  
nit, & quasi quidam finus boni operis expandit.  
Quinque igitur sensus multiplicantur in se, dum  
quod per ipsis agitur, in bono quotidie opere  
profectum multiplicatur. Unde & latitudo esse  
intiri & quinque cubitorum dicitur; quia timor,  
angstia, & pigredo, angustia est. Quisquis enim  
indigenter dare panem metuit, ne sibi deficit; ad-  
e in angustia timoris est. Quisquis ideo vestimenti  
algenti non porrigit, quia hoc solus habere  
necessit; adhuc tenaciam suæ angustiæ coarcta-  
ta. Quisquis ideo bonum non agit, quia tempe-  
sti torpescit, ipse ei suis torpor angustia est.  
Spicere autem inopem, exaudiare precem, largi-  
cipem, præbere defensionem, atque pro ejusdem  
fensione pauperis, adversantis cuiuslibet inimici-  
num timore, magna mentis latitudo est. Men-  
sura ergo inter thalamum & portam ea quæ interja-  
cattitudo, cubitis virginis & quinque: quia in ex-  
preseñum operatione probatur & cognoscitur,*

33. f Extenders calum sicut pellem, qui regis in aqua superiora ejus. Calum quippe sicut pellis extenditur, quia per ora mortalium scriptura sacra nobis in expositionibus explicatur. Sed sunt aqua in celo, superiores videlicet multitudines, id est Angelorum agmina, in quibus ejusdem cali teguntur superiora; quia ea quae in sacro eloquio altiora & obscuriora sunt, angelicis solummodo spiritibus patent, & nobis adhuc incognita perdurant. Habet ergo thalamus teatum; quia nescit adhuc proximus, quantum amatùr a proximo. Porta quoque id est, sacrum eloquium habet teatum: quia necdum omnia penetrare intellectu possumus, que de caelestibus audimus. Restat ergo, ut in his quae intelligimus, in profectu quotidie charitatis ambulamus. Et quamvis in nobis proximi quoque nostri non videant quantum diligentur a nobis, atque in sacro eloquio ea quae necdum intelligimus, humiliter veneremur: in his tamen, ad quae intelligendo pervenimus, dilatari per bonam operationem debemus. Unde & dicitur: [Et mensis est portam a teatro thalami, usque ad teatum ejus, latitudinem virginis & quinque cubitorum.] Quinque enim carnis sensibus praediti sumus, videlicet visu, gusto, olfactu, auditu, atque tactu. Idem vero quinarius numerus per semetipsum multiplicatus, ad vigesimum & quintum numerum surgit. Operari autem exterius quiddam de mandatis caelestibus sine ipsis corporeis quinque sensibus non valimus. His quippe officiis suis iudex animus interioris presidet, & quid exterioris agere justè vel misericorditer possit, quasi cildem officiis renunciantibus ac deservientibus agnoscat. Cum ergo timore omnipotentis Domini animus impletur, necesse est ut quinque nostri sensus nobis velut subjecta officia in bona operatione deserviant. Per quos cum aliquid agere misericorditer cœperimus, plus se quotidie ipsa misericordia aperit, & quasi quidam sinus boni operis expandit. Quinque igitur sensus multiplicantur in se, dum hoc quod per ipsos agitur, in bono quotidie opere per profectum multiplicatur. Unde & latitudo esse viginti & quinque cubitorum dicitur; quia timor, tenacia, & pigredio, angustia est. Quisquis enim ideo indigenter dare panem meruit, ne libi desit; adhuc in angustia timoris est. Quisquis ideo vestimentum algenti non porrigit, quia hoc solus habere conceperit; adhuc tenacia sua angustiam coarctatur. Quisquis ideo bonum non agit, quia tempore animi \* torpescit, ipse ei sius torpor angustia est. Repercire autem inopem, exandire precem, largiri stipem, præbere defensionem, atque pro ejusdem defensione pauperis, adversantis cuiuslibet inimiciis non timere, magna mentis latitudo est. Mensuratur ergo inter thalamum & portam ea quae interjacet latitudo, cubitis viginti & quinque: quia in exteriore sensuum operatione probatur & cognoscitur,

q̄a intrinsecus largitas bonitatis habeatur. Nam \* al.  
quid \* jam de scriptura sacra didiceris, & quantum dicam de  
proximum tacitus ames, in latitudine boni operis  
ostendis. Pateat itaque viginti & quinque cubitis la- Scriptura  
titudo inter thalamum & portam; quia inter chara- facia? Quā  
ritatem & scientiam teltis est bona operatio. Quę si  
fortasse defuerit, profecto certum est nec cognovisse  
te Deum, nec diligere proximum; id est, nec port- illam  
tam sacri eloquij, nec amoris thalamum habere. Et  
notandum est, quid à tecto thalami usque ad tec- dicitur,  
tum portae dicitur mensuratum. Per ea enim que  
nobis in sacra scriptura cooperata sunt, nostra hu-  
milis approbat: quia quidquid in illa non intel-  
ligimus, non superbē reprehendere, sed venerari  
humiliter debemus. Unde & de Domino scriptum  
est: *Palpebre ejus interrogant filios hominum.* Palpe- pf. 10, b  
bra quippe ejus, judicia sunt, quę aliquid nobis  
claudunt, & aliquid aperiunt. Qua aperiendo nos  
interrogant, si intelligendo non extollimur. Clau-  
dendo nos interrogant, si non despiciimus, quę in-  
telligere non valemus. Per ea autem quę de chari-  
tate nostra proximis nostris non loquimur, in con-  
spectu Dei verius probamur. In quorundam enim  
opera charitas facta est, in quorundam cordibus vera.  
Et saepe de charitate ostenditur quod non est, & non  
demonstratur quod est. Amorem itaque nostrum erga  
proximum plus bona operatio loquitur, quam  
lingua, ut in ipso bono opere proximus noster ama-  
ri se videat. Et cum tantum non possamus, quantum  
volumus operari, omnipotenti Deo occulta  
amoris nostri sufficient. A tecto ergo thalami usque  
ad tectum porta sit magna latitudo, ut ab occultis  
nostra charitatis propter proximum usque ad humili-  
tatem scientię, & propriet Deum, in quantum in-  
telligimus & valemus, bona semper operemur.  
Potest etiam porta, ipse jam aditus regni caelstis  
intelligi. Habet nunc thalamus tectum, habet &  
porta tectum: quia & quanta sit nostra charitas in  
Deum & proximum, non cognoscitur, & quando  
de hoc facculo ad æterna vitę requiem introduca-  
mur, ignoratur. Et sic enim nobis conditor noster  
diem mortis nostra incognitum voluit, ut dum  
semper ignoratur, semper esse proximus credatur:  
& tanto quis ferventior sit in operatione, quanto &  
incertus est de vocatione. Unde & latitudo viginti  
& quinque cubitorum à thalamo ad portam tendit  
ur: quia per charitatem quam semel in Deo & pro-  
ximo concepimus, usque ad ingressum regni debe-  
mus omne quod possumus multipliciter aque inces-  
anter operari. A tecto itaque thalami usque ad te-  
ctum porta magna latitudo est: quia ex gratia qua-  
nchoamus Deum diligere, usque ad ipsam dilectio-  
rem quę nobis aditum regni caelstis aperit, debe-  
mus nosmetipſos in magna bonorum operum actio-  
ne dilatare, adverba patienter perpeti, \* benigna \* al.  
bente impendere, ipsos etiam quos patimur, ama-  
bona  
e, habita tribuere, non habita non ambire, proxi-  
mos sicut nosmetipſos diligere, eorum bona nostra  
redere, corum mala quasi propria defere. In tali  
ergo mente magna latitudo est, in qua angustia o-  
riorum non est. Quam profecto latitudinem ex Dci  
proximi amore concepimus, & per sacra manda-  
cognovimus. Nam & ipsos latitudinis viginti &  
quinque cubitos non inconvenienter intelligimus,  
eos iuxta sacrum eloquium discutere velimus. Sex  
im cubitis mensuratos thalamos dixerat, & sexto  
e homo est conditus: eo quoque die Dominus per-  
fisse opera sua describitur. Unde etiam pro perfec-  
ione poni senarius numerus solet. Et quia omnem  
erationem bonam per quatuor sancti Evangelij li-  
pos agnivimus, si lex quater ducimus, ad viginti  
quatuor pervenimus. Cui monas additur, quia \* al.  
uno semper Deus bene omnes operamur. Virgin- unus est per  
ergo & quinque cubitis latitudo hęc explicari de- quem bone  
sit: quia omnis bona operatio per quatuor sancti  
paratur omnes o-

\* al.  
pigrescit

Evangelij, ut diximus, libros agnoscitur, & in u-  
nius Dei cognitione & confessione completur. Se-  
quitur: [ *Et ostium contra ostium* ] Hoc loco, con-  
tra, non ad adversitatem ponitur, sed ad rectitudi-  
nem. Ostium enim contra ostium est, cum recto itine-  
re ab exteriore ad interiorum aditum pervenitur. In  
cognitione vero omnipotentis Dei primum ostium  
nostrum fides est, secundum vero species illius, ad  
quam per fidem ambulando pervenimus. In hac et-  
enim vita hanc ingredimur, ut ad illam postmodum  
perducamus. Ostium ergo contra ostium est; quia  
per aditum fidei aperitur aditus visionis Dei. Si quis  
vero ultraque haec ostia in hac vita velit accipere, ne-  
que hoc a salubri intelligentia abhorret. Nam sepe  
volumus omnipotentis Dei naturam invisibilem  
considerare, sed nequaquam valemus; atque ipsis B  
difficultatibus fatigata anima, ad semetipsam redit,  
sibique de scipis gradus ascensionum facit: ut pri-  
mum semetipsam, si valet, consideret, & tunc illam  
naturam qua super ipsam est, in quantum potuerit,  
investiget. Sed mens nostra si in carnalibus imaginib-  
us fuerit sparsa, nequaquam vel se vel anima natu-  
ram considerare sufficit: quia per quot cogitationes  
ducitur, quasi per tot obstatula cœatur. Primus er-  
go gradus est, ut se ad se colligat. Secundus, ut vi-  
dear qualis est collecta. Tertius, ut super semetip-  
sam surgat, ac se contemplationi auctoris invisibilis  
intendendo subjiciat. Sed se ad se nullatenus colligit,  
nisi prius didicerit terrenarum atque celestium ima-  
ginumphantasmata ab oculis mentis compescere,  
quidquid de visu, quidquid de auditu, quidquid de  
odoratu, quidquid de tactu & gustu corporeo cogita-  
tionis ejus occurrit, respire atque calcare, qua-  
tenus talem se querat intus, qualis sine ipsis est. Nam  
haec quando cogitat, quasi quædam umbras corporu-  
rum introrsus verat. Abigenda ergo sunt omnia  
manu discretionis ab oculis mentis, quatenus talem  
se anima consideret, qualis sub Deo super corpus  
creata est, ut a superiori vivificata, vivificet inferi-  
oribus quod administrat. Quæ & sic infusa est corpori,  
ut non per membrorum partes partibus sit divisa.  
Nam in quolibet loco pars corporis percutitur, tota  
dolet. Miro autem modo una eadem vivificatione  
membris praesidens, cum ipsa per naturam  
non diversa sit, per corpus tamen agit diversa. Ipsa  
quippe est que per oculos videt, per aures audit,  
per narres odoratur, per os gustat, per membra om-  
nia tangit, & tangendo lene ab aspero discernit. Et  
cum tam diversa per sensus operatur, non haec di-  
versa, sed una illa in qua creata est ratione disponit.  
Cum ergo scipsum sine imaginibus corporis cogitat  
anima, jam primum ostium intravit. Sed ab hoc  
ostio ad aliud tenditur, ut de natura Dei omnipot-  
entis aliquid completeretur. Anima itaque in cor-  
pore, vita est carnis: Deus vero qui vivificat omnia,  
vita est animarum. Si igitur tanta est magnitudinis  
ut comprehendi non possit vita vivificata, quis in-  
tellectu comprehendere valcat, quante majestatis  
sit vita vivificans? Sed hoc ipsum considerare atque  
discernere, jam est aliquatenus intrare: quia ex sua  
& similitudine anima colligit quid de circumscriptio  
spiriti sentiat, qui ea incomprehensibiliter regit,  
qua incomprehensibiliter creavit. Conditor etenim  
nostrus longe incomparabiliter creature sua praesi-  
det, & quedam operatur ut sint, nec tamen vivant:  
quædam vero ut sint & vivant, nec tamen disser-  
nent aliquid de vita valent: quædam autem ut sint,  
vivant, atque discernant. Et operatur unus omnia,  
sed in omnibus non divisus. Est enim verè summus,  
& nunquam sibi dissimilis. Anima autem est per na-  
turam sibi metipsam diversa non est, per cogitationem  
tamen diversa est. Eo enim momento & iœtu quo de  
visu cogitat, de auditu cogitare oblitiscitur: & eo  
momento & iœtu quo de auditu, vel gusto cogitat,  
de odoratu, vel tactu cogitare non prævalit; quia

per intentionem & oblivionem fit semper sibi met-  
ipsi dissimilis, ut nunc hoc, nunc illud cogitatione  
teneat. Omnipotens autem Deus, qui sibi metipsi  
dissimilis non est, ea virtute videt, qua audit om-  
nia: ea virtute creat, qua iudicat creata. Ejus ergo  
& videre simul omnia, administrare est, & admi-  
nistrandō conspicere. Nec alia cogitatione justos  
adjuvat, atque alia injustos damnat; sed una eadem  
quæ vi naturæ singularis, sibi semper indissimili-  
lis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia  
creatoris admirremur, qui virtutis ejus vestigia & in  
creaturis conspicimus? Natura quippe luti & cerae  
diversa est. Solis verò radius non est diversus, &  
tamen cum diversus non sit, diversa sunt que in luto  
operatur & cera: quia uno eodemque sui ignis ca-  
lore lumen durat, & ceram liquat. Sed fortasse hoc  
in natura luti vel cerae est, non in ipsa solis substanci-  
a, quæ in naturis diversis diversa videtur operari.  
Omnipotens autem Deus in semetipso habet sine  
immutatione mutabilia disponere; sine diversitate  
sui diversa agere; sine cognitionum vicissitudine  
dissimilia formare. Longè ergo dissimiliter opera-  
tor dissimilia nunquam sibi dissimilis Deus, qui &  
ubique est, & ubique totus est. Ait enim: *Celum mi- 1fai. 66. 4.*  
*hi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* *Iffai. 40. 6.*  
Et de ipso scriptum est: *Qui celum metitur palmo &*  
*terram pugillo concludit.* Ex qua re considerare necesse  
est, quia qui ex celo velut sedi præsidet, super &  
intus est. Et qui celum palmo, & terram pugillo  
concludit, & exterius, superius, & inferius est. Ut er-  
go indicaret omnipotens Deus interior se esse, &  
superiorum omnibus, celum ipse sibi sedem esse per-  
hibuit. Ut verò se ostenderet omnia circumdata,  
celum metiri palmo, & terram se asserit pugillo  
concludere. Ipse est ergo interior & exterior: ipse  
inferior, & superior: regendo superior, portando  
inferior: replendo interior, circumdata exterior.  
Sicque iste intus, ut extra sit; sic circumdat, ut pe-  
netret; sic præfidet, ut portet; sic portat, ut præsi-  
deat. Cum ergo elevata ad seipsum anima suum mo-  
dulum intelligit, & quia corporalia omnia transcen-  
dat, agnoscat, atque ab intellectu suo fe ad auctoris  
intellectum tendit, quid jam hac, nisi ostium con-  
tra ostium apicit? Unde & auctor omniū Pro-  
phetā dicit: *Mirabilis facta est scientia tua ex me:* *ps. 138.*  
qui quantumlibet intenderit, semiplasm anima  
perfekte non sufficit penetrare; quanto magis illius  
magnitudinem, qui potuit & animam condere?  
Cumque in scientia Dei intellectu laboraret, lafscen-  
sens ac deficiens subdidit: *Confortata est, nec po-*  
*tero ad eam.* Sed cum conantes atque tendentes  
quiddam jam de invisibili natura conspicere cupi-  
mus, lafsum, reverberamur, repellimur: & si  
interiora penetrare non possumus, tamen jam ab  
exteriore ostio interius ostium videmus. Ipse enim  
considerationis labor ostium est: quia ostendit ali-  
quid ex eo quod intus est, etiā adhuc ingrediendi  
potestas non est. Sequitur: [ *Et fecit frontes per*  
*sexaginta cubitos: & ad frontem arium portae un-*  
*dique per circuitum.* ] Sæpe jam diximus senario  
E numero perfectionem boni operis designari, non il-  
lud sequentes quod conati sunt hujus faculi sapien-  
tes adstruere, dicentes idcirco senarium numerum  
esse perfectum, quia suo ordine numeratus perfici-  
tur: ut cum unus, duo, tres dicuntur, senarium  
numerus implicantur: vel quia in tribus partibus di-  
viditur, id est, sexta, tercia, & dimidia, videlicet  
in uno, duobus, & tribus: sed idcirco senarium nu-  
merum dicimus esse perfectum, quia sicut paulò an-  
tē dictum est, sexto die perfecit Deus omnia opera  
sua. Quoniam verò peccator homini legem dedit,  
quæ in decem preceptis scripta est, & sex decies du-  
cta in sexagenarium surgunt, rectè per sexaginta cu-  
bitos, bonorum operum perfectione designatur. Quod  
aperte etiam Dominus in Evangelio designat, qui cù  
MM. m. ij

M M m m ij

*Mat. 13. a parabolam seminantis exponeret, dixit: Aliud cedidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & excrecentem, & afferebat unum triginta, & unum ſexaginta, & unum centum. Fruſtus etenim terra bona triginta afferat, cum mens perfectionem fidei, qua est in Trinitate, conceperit. Sexaginta afferat, cum bonae vita opera perfecta protulerit. Centum verò afferat, cum ad aeternae vita contemplationem proficerit. Sinistra enim noſtra, eft vita praesens: dextera verò, eft vita ventura. Et recte per centenarium numerum aeternae vita contemplatio designatur: quia cum post triginta ac ſexaginta ad centenarium numerum computando pervenimus, idem centenarius numerus in dexteram tranſit. Fides atque operatio adhuc in finis traſt: quia hic adhuc poſiti, & credimus quod non videmus, & operamur ut videamus. Cum verò jam ſe animus in contemplationem aeternae vita ſuspenderit, quaſi ad dexteram manum computus pervenit. Fecit itaque frontes per ſexaginta cubitos. Quia enim per ſexagenarium numerum aedificio: quid per frontes aedificij, niſi ipſa opera designantur quae exterius videntur? Praedicationis enim verbum tribuere, alimenta eſſerentibus, vefimenta algentibus dare, & pro bono opere patienter adverſa tolerare, quid aliud quam frontes ſunt aedificij caeleſtis? quia pulchritudo operum exteriorum ornat habitaculum Dei, quod adhuc latet intrinſecus. Sed iſte frontes habent atrium undique per circuitum; quia in hoc magna ſunt opera, ſi haec in mente dilat ampliatio charitatis. De charitate quippe scriptum eft: *Latum mandatum tuum nimis. De hac iterum Psalmista ait: Statuisti in loco ſpatioso pedes meos.* Sed ecce, dum loquor, animo occurrit quo modo lata eſt charitas. Si per charitatem pertingitur ad Deum, & per ſemetipſam Veritas dicit: *Intrate per angustum portam.* Et rurſum Psalmistam audio dicentem: *Propter verba laborum tuorum ego cuſtodiō vias duras.* Atque in Evangelio Dominus dicit: *Jugum enim meum ſuave eft, & onus meum leve.* Quo modo ergo aut lata charitas, ſi angusta porta? aut quo modo jugum ſuave eft & onus leve, ſi in praecipiti Dei via dura ſunt quae cuſtodiuntur? Sed hanc nobis queſitionem citius ipſa \* Veritas ſolvit; quia via Dei & inchoantibus angusta eft, & perfecte jam viventibus lata. Et dura ſunt quae contra conſuetudinem ſpiritualiter animo proponimus, & tamen onus Dei leve eft poſtquam hoc ferre cœperimus: ita ut pro amore ejus etiam perfecutione placet, & omnis pro eo affectio in mentis dulcedine veniat; ſicut sancti quoque Apostoli gaudebant, cum pro Domino flagella tolerabant. Ipsi ergo angusta porta amantibus lata fit, ipſa via dura ſpiritualiter currentibus molles & planæ fiunt, dum ſicit animus, ſe pro temporalibus doloribus gaudia aeterna recipere, & hoc incipit quod affligitur amare. Atrium ergo ante frontes ejus, eft in perfectione operis latitudo dilectionis. Et notandum quod dicitur, [ *Vndeque per circuitum;* ] ut videlicet homo per omne, quod agit, ſemper ſe in charitatis amplitudine dilatet, ne hunc aut timor, aut odia anguſtent. Si quis ergo de verbo Dei loquitur, & charitatem quam praedicat, in mente non ſervat, aedificij frontem habet, ſed atrium ante frontem non habet. Si quis elemofynam indigenibus largitur, & per hanc fortasse in corde extollitur, nec ex charitate proximi inopie ſubvenit, ſed ſe elatione tacita extollit, frontem quidem in aedificio oſtendit, ſed juxta frontem atrium non fecit. Si quis illata à proximo conuemias tolerat, & mala objecta tacitus portat, magna eft patientia quam demonſtrat, ſed ſi dolorem in corde non habeat, ſi lucrari ad tranquillitatem manuſtudinis etiam ipſum qui malè excederat, querat. Nam ſi patientiam exterius adhibens, intus dolorem tenet, nec amat cum quem ſuſtinet, habet qui-*

A dem frontem in aedificio, ſed ante frontem atrium non habet: quia iſi ſe anguſtia odiorum ſubdit, profecto charitatis latitudinem amifit. Nam ſicut in superiori parte iam diximus, patientia ea vera eft, qua & ipſum amat quem portat. Nam tolle, ſed odiſſe, non eft virtus manuſtudinis, ſed velamentum furoris. Et notandum, quod hoc ipſum atrium porta dicuntur. Porta quippe noſtra eft aditus ad regnum. Et Deum ac proximum perfecte amare, jam ad ingressum regni eft tendere. In quantum enim quicquid amat, intantum ad ingressum propinquat. In quantum verò amare negligit, intantum ingredi recufat: quia nec ſtudet videre quod appetit. Tunc ergo habemus atrium portarum, quando ex latitudine charitatis ad supernam vitam, quam adhuc contingere minimè poſſumus, jam per desiderium intramus. Itaque cum bonum opus erga proximum agitur, reſtat ut ejuſdem boni operis intentione diſcernatur, ſi non praefentis gratiae retributio- nem querit, ſed ſpem ſuam animus ad futuram promiſionem tendit, ut ex temporalibus aeterna, ex terrenis caeleſtia ſperet. Spes enim caeleſtium men- tem solidat, ne concutiatuſ fluctibus tumultuum terrenorum. De qua & per Paulum dicitur: *Quam sicut anchoram habemus anima tutam ac firmam, & incidentem uſque ad interiora velamis.* De quibus interioribus hinc quoque ſubjungitur: [ *Et ante faciem portarum que pertingebat uisque ad faciem vestibuli portarum interiorum, quinquaginta cubitos.* ] Hoc quod hoc loco dicitur, [ *ante faciem portarum,* ] non exterior, ſed interior ante portam locus deſcribitur, dum uisque ad faciem vestibuli portarum interiorum pertingere perhibetur. Unde & idem locus quinquaginta cubitis dicitur mensuratus. Per quinquagenarium enim numerum requies aeterna ſignatur. Habet enim ſeptenarius numerus perfectionem ſuam, quia eo die diuerū numerus eft compleetus. Et per Le- gem Sabbathum in requiem datum eft. Ipſe autem ſeptenarius per ſemetipſum multiplicatus, ad quadra- ginta & novem ducitur; cui ſi monas additur, ad quinquagenarium pervenit: quia ornis noſtra perfectione in illius unius contemplatione erit, in cuius nobis viſione jam minùs aliquid ſalutis & gaudi non erit. Hinc etiam Jubilæus, id eft, annus quinquagesimus in requiem datus eft: quia quicquid ad omnipotentis Dei gaudia aeterna pervenerit, labore & gemitu ulterius non habebit. Notandum verò, quia locus qui deſcribitur per quinquaginta cubitos tendit, ad faciem vestibuli portarum interiorum pertingere memoratur. Non ergo hoc loco Propheta, jam ipsum vestibulum portarum interiorum, ſed locum interiorum qui tendit ad vestibulum portarum interiorum, narrat. Per quem locum utique, ſicut di- ximus, ſpes noſtra ſignatur, quae dum eternam requiem querit, mentem ad vestibulum portarum interiorum dicit. Hoc ipsum enim, quod desideramus caeleſtia, quod ad promiſa gaudia ſuſpiramus, quod aeterna vita requiem querimus, jam ad interioris vestibuli faciem propinquamus. Signetur ergo per portam fides, per atrium charitas, per locum verò qui ad faciem vestibuli portarum interiorum propinquat, figuretur ſpes: ſine quibus tribus virtutibus quicquid jam uti ratione poterit, ingredi ad caeleſtē aedificium non potest. Habeatur ergo fides in porta, quae introdicit ad intelligentiam: charitas in atrio, quae mentem dilatat in amore: ſpes in loco qui quinquaginta deſcribitur cubitos, quia per desideria atque ſuſpiria introducit animum ad ſecreta gaudia quietis. De qua quiete etiā adhuc, ſicut eft, veritatis lu- men non cernimus, jam tamen per rimas intelligentię aliquid videmus. Unde & hinc subdicitur: [ *Eē fenestrarū obliquarū in thalamis.* ] In fenestrarū obliquarū pars illa per quam lumen intrat, angusta eft, ſed pars interior quae lumen ſuſcipit, lata: quia mentes contemplantium quamvis aliquid tenuiter de vero lu-

mine videant, in semetipsis tamen magna amplitudine dilatantur. Quæ videlicet & ipsa quæ conspiciunt, capere pauca vix possunt. Exiguum valde est quod de æternitate contemplantes vident, sed ex ipso exiguo laxatur sinus mentium in augmento fervoris & amoris: & inde apud se ampliunt, unde ad se veritatis lumen qualis per angustias admittunt. Quæ magnitudo contemplationis quia concedi non nisi amantibus potest, in thalamis oblique fenestræ esse perhibentur, vel in his quæ juxta thalamos nostram extrinsecus, sed esse intrinsecus dicuntur. Nam de eisdem fenestris subditur: [Et in frontibus eorum quæ erant intra portam undique per circuitum.] Erant enim in thalamis, erant & in frontibus eorum, quæ intra portam undique per circuitum fuerant constructæ: quia qui cor intus habet, ipse quoque lumen contemplationis suscipit. Nam qui adhuc exteriora immoderati cogitant, quæ fint de æterno lumine rimæ contemplationis ignorant. Neque enim cum corporearum rerum imaginibus illa infusio incorpore lucis capitur: quia dum sola visibilia cogitant, lumen invisibile ad mentem non admittitur. Sed quisquis jam lumini contemplationis intendit, curare magnopere debet, ut mentem semper in humilitate custodiat, nunquam sc̄e de gratia qua infunditur, extollat; & ipsas quæ mentes contemplantium signant, quales sint oblique fenestra consideret. Per obliquas etenim fenestras lumen intrat, & fur non intrat: quia hi qui verè speculatori sunt, semper sensum in humilitate deprimunt, atque ad eorum mentes intelligentia contemplationis intrat, sed jaſtantia elationis non intrat. Et patent itaque fenestrae, & munita sunt: quia & aperta est in membris eorum gratia qua plenarij, & tamen ad se adversarium ingredi per superbiam non permitunt. Notandum verò, quod intra portam undique per circuitum fenestra obliqua esse memorantur. Non enim contemplationis gratia summis datur, & minimis non datur, sed s̄epe hanc summi, s̄epe minimi, s̄epius remoti, aliquando etiam conjugati percipiunt. Si ergo nullum est fidelium officium, à quo possit gratia contemplationis excludi, quisquis cor intus habet, illustrari etiam lumine contemplationis potest: quia intra portam undique per circuitum fenestra obliqua constructæ sunt, ut nemo ex hac gratia quasi de singularitate glorieretur. Nullus se donum veri luminis astmet habere privatum: quia in eo quod se habere præcipuum putat, s̄epe alter est ditor, quem habere apud se boni aliquid non putabat. Unde hī quoque adhuc apid subiungitur: [Similiter autem erant & in vestibulis fenestra per gyrum intrinsecus.] Postquam dixit, fenestra in frontibus, adjungit fenestras in vestibulis per gyrum intrinsecus: quia non solum alta sanctæ Ecclesiæ membra quæ præminent, habent contemplationis gratiam, sed plerisque hoc donum etiam illa membra percipiunt, quæ etiā jam per desiderium ad summa emicant, tamen adhuc per officium in imis jacent. Nisi enim & his qui despiciuntur, omnipotens Deus lumen contemplationis infunderet, fenestra in vestibulis non fuissent. Videmus itaque alios in summis locis sanctæ Ecclesiæ constitutos alta de caelestibus loqui, miro studio in quantum illustrata mens sufficit, superne patriæ secreta rimari: fenestra sunt in frontibus. Alij verò in sanctæ Ecclesiæ sinu continentur, & despiciunt humanis oculis videntur, sed apud se sapientiæ studiis vacant, ad caelestia anhelant, atque in quantum præalent, quæ sine gaudia æterna considerant: fenestra itaque obliquæ sunt, sed in vestibulis. Bene autem dicitur, [per gyrum,] quia omnis inquisitio secretarum rerum gyrum habet, dum in cogitatione sua dicit animus: Putas ne hoc? putas ne illud? Quasi circuit, ut inveniat quod querit. Cui cùm incircumscripsum lumen erumpere in co-

A agitatione cœperit, quasi per obliquam fenestram radius veritatis venit. Sic quippe in contemplatione nostra multa cogitationibus circumendo proficiimus, sicut exempla bonorum saepe querimus, ut in moribus proficiamus. Nam cùm jam cogitat animus ad meliora transire, quidquid melius de aliis audire possit exquirit, nunc hujus, nunc sancti alterius vitam ventilat. Unde & electus quidam, qui in expanso \* rivo sanctæ Ecclesiæ per universum mundum mentis oculos miserat, bonorum vitam ad imitationem requirens, dicebat: Circuibo & immolo in tabernaculo Dei hostiam jubilationis. Ecce ut immolarent jubilationis hostiam, circuibat: quia nisi animum huc illucque ad bonorum vitam exquireret, ipse usque ad jubilationis sacrificium non perveniret. Cùm verò sancti viri intra Ecclesiæ ad loca summa perducuntur, eorum vita quasi in speculo ponitur, ut cuncti videant bona quæ debeant imitari. Unde & adhuc aptè subiungitur: [Et ante frontes pictura palmarum.] Quid per palmas, nisi premia victoriae designantur? Ipse quippe dari vincentibus solent. Unde & de his qui in certamine martyrij antiquum hostem vicerant, & jam viatores in patria gaudebant, scriptum est: Et palma in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicens: Salve Deo nostro, qui sedes super tronum, & Agno. Palmas quippe in manibus habere, est victoriae in operatione tenuisse. Cujus operationis palma ibi retribueretur, ubi jam sine certamine gaudentur. Unde & hic non dicitur: Palma ante frontes, sed [ante frontes pictura palmarum.] Ibi enim victoriae palma videbitur, ubi jam sine fine gaudentur. Nam hī plerunque sanctos viros aspicimus mira agere, virtutes multas facere, leprosos mundare, demonia ejicere, tactu ægritudines corporum sanare, prophetice spiritu ventura prædicere. Cuncta haec necdum palmae sunt, sed adhuc pictura palmarum: nam hæc aliquando dantur & reprobis. Unde & per Evangelium Veritas dicit: Multi dicunt mihi in die illa: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in tuo nomine demonia ejicimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos: discedite à me qui operamini iniquitatem. Unum verò signum electionis est soliditas charitatis, sicut scriptum est: In hoc scietur quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Hoc autem miracula cùm electi faciunt, longè dissimiliter à reprobis sunt: quia quod electi ex charitate, hoc reprobi student agere per elationem. Sed eisdem electis & ipsa mira quæ per charitatem faciunt, non jam palma, sed adhuc pictura palmarum: quia de eis foris ostenditur, quales apud omnipotentem Dominum intus habentur. Ibi autem eis palma erit, ubi jam mortis contentio non erit. Nam prædictor egregius tunc aspergit palma veram vincentibus dari, cùm resurrectionem prævidit mortuorum fieri, sicut dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, 1.Cor. 15.8 & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? ubi est mors simulus tuus? Tunc ergo erit perfecta victoria, cùm mors plenè fuerit absorpta. In omne autem quod modo mirabiliter de signis agi conspicimus, non jam ipsam victoriæ, sed adhuc imagines victoriæ videmus. Quia ergo plerunque sanctis etiam & in locis sublimioribus positis, ut ad bona opera alij provocentur, virtutes & signa dantur; ante frontes interioris ædificij palmarum pictura ostenditur. Hec hodierno die tractata sufficient, ut adea quæ subjuncta sunt, valentes, adjuvante Domino nostro Iesu Christo veniamus: qui vivit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

M M m m iii